



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

9. Benno pœnitentiam in confessione inunctà alio loco, tempore & situ  
peragens no[n] peccat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

regula enim illa in Germaniâ ob difficultatem, quam continet, contrario vnu elanguit, si etiam fuit vnuquam recepta, & vim habuit.

IX. Benno Civis Monacensis sub festa Pentecostes Oettingam Vet. Religionis causa prosectorus Confessionem ibi peccatorum suorum peregit. Confessarius illi pro satisfactione præcepit, ut in S. Ädiculari coram Imagine miraculosa B. V. recitaret vnum rosarium flexis genibus. Verum is nihil horum fecit, atque etiam domum reversus distulit eius pœnitentia executionem usque ad festum Portiunculæ, quo die denuò confessurus recitauit manè rosarium in Sacello domestico asidens in sellâ. Quæritur. Quomodo peccârit tam differendo, quām alio loco & situ, ac imperatum erat, pœnitentiam iniunctam exequendo?

Videtur mortaliter peccâsse, vt innuunt AA. passim; quia in re graui, & ad reconciliationem cum Deo ordinata intentionem Confessarij absque ullâ causâ distulit simul, & aliquatenus intermisit.

Resp. Bennonem non peccâsse, saltem graviter. Nam non peccauit differendo tam diu pœnitentiam; quia nullus obligatur confessionis præcepto statim ac peccat, sed potest differre confessionem per annum, Ergo simul poterit non tantum per duos vel tres menses, sed per integrum annum pœnitentiam à Confessario impositam differre, Ut cum Fernandez, Martin. de S. Iosepho, Escobar, & alijs

B 3 docet

docet Dian. P. 10. Tr. 12. R. 42. Non etiam peccauit alio modo, quām fuerat impositum, pœnitentiam implendo; quia modus talis censetur circumstantia levis, ut post Sanchez, Lugo, & alios docet Dicastillo de Pœnit. D. 14. n. 81. quippe in hoc vel illo loco, aut situ dicere rosarium, æquale, aut ferè æquale est Beatissimæ Virginis obsequium, modò res ritè peragatur. Atque ex his patet ad rationem in contrarium.

X. Chariton legitimè excusat à debiti solutione; interea autem temporis ob omissam solutionem creditorí damnum euenit, & lucrum cessat. Quæritur. Vtrum postea Chariton debitum solvere potens, etiam damnum obueniens & lucrum cessans resarcire teneatur, vti petit creditor?

Videtur teneri. Ita Molin. D 754. n. 3. Laym. Tr. 2. de Iust. c. 12. n. 2. & alij. Tum quia aliter creditor non præsumitur dilationi consentire. Tum quia differens solutionem in suum commodum tacito contractu se obligat, iacturam creditoris resarcire.

Resp. Non teneri, sive Chariton debitor sit ex contractu, siue ex delicto. Ita P. Navarr. L. 4. de restit. c. 4. n. 46. & ferè Less. de Iust. c. 16. n. 33. Ratio est, tum quia Chariton nec est ob moram solutionis causa iniusta illius damni & lucri cessantis: nec ista proveniunt ex culpabili solutionis omissione, sed proveniunt ex retentione solutionis iusta, non vti que